Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



108

profunde factae sunt cogitationes tuae.

Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intel
leget haec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut foenum: & ap
paruerint omnes qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in saeculum saeculi: tu autem
altissimus in aeternum dne.

Quoniam: ecce inimici tui dne. quoniam
ecce inimici tui: peribunt: & dispergentur
omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum:
& senectus mea in misericordia uberi.

Et dispexit oculus meus inimicos meos: &:
in insurgentibus in me malignantibus audiet
auris mea.

Iustus ut palma florebit: ut cedrus libani
multiplicabitur.

Plantati in domo dni: in atriis domus dni nri florebunt.